

*Juvante DEO*  
E X A M E N  
PROPOSITIONIS COMPARATIVÆ,  
Quæ a Christo legitur instituta  
*Inter*

# CAMELUM & DIVITEM

*Matth. XIX. Marc. X. Luc. XVIII.*

Consentiente Amplissimo Senatu Phi-  
losophico ad Auram,  
SUB PRÆSIDIO  
VIRI ADMOD. REVERENDI

Mag. JOHANNIS  
HAARTMAN,

*Phil. Theor. Profess. Reg. & Ordin.*

Disquisitioni publicæ subicit

*Sic R:æ M:is Alumnus*

JOHANNES GOZZEBEN

T. FENNO.

*Loco horisq; solitis die V. D. 15 Jun.*

MDCCLXXVIII.

---

ABO. & Impr. R. A. Typ. E. Flodström

NOBILISSIMO atq; CONSULTISSIMO  
DOMINO,

Dn. SIMONI  
PAULIN,

REGII, quod Aboæ est Dicasterii ADSESSORI  
gravissimo & æquissimo; ut MÆCENATI  
ac PATRONO meo optimo, ita sub-  
missa observantia et atem  
colendo

Salutem & felicitatem perennem!

Q uod Amplissimi Nominis Tui splendore vi-  
lissimum hocce opus illustrare sustinuerim; fe-  
cit Tuum Nobiliss. atq; Consultissime Dn. Ad-  
sessor in literis colendis & promovendis inde-  
fessum studium, Tua apud literatos insignis au-  
thoritas atq; dignitas, Tuus in literarum cultor-  
es, incredibilis favor. Ignosce autem audaciam  
meam, & quod æpelle maturitati deest id Tuo  
favore supple; hocq; primum, quod eris Tuis  
offerō libamen sereno vultu suscipe, Tuosq; me  
etiam postmodum favore, benignus dignare.

Nobilissimi atq; Amplissimi Nominis Tui

Humillimum cultorem  
Johannem Gottleben

ADMOD. REVER. atq; CELEBERRIMO  
DOMINO,

Mag. JOHANNI  
HAARTMAN,

philosoph. Theor. PROFESSORI REG. &  
Ord. Consistorii utriusq; ADSESSORI ad-  
curatissimo, Ecclesie qua in Nummis  
Christo colligitur PASTORI Fide-  
lissimo Fautori certissimo

Salutem & prosperitatem omnigenam!

Cum & maxima & minima secundum DE-  
um & parentes tam in educatione quam studiis  
Tibi Celeb. Dn. Professor debere sciam, hac  
quoq; exiles pagellas nomini Tuo sacratas pro-  
dire, ipsa aequitas & pietas postulare videban-  
tur. Quia vero alia ratione animum quē habeo  
gratum declarare non potui: hanc ergo disser-  
tatiunculam Tuo & nomine praefixam, & presi-  
dio munitam ejus testem esse volui. Ego pro Tua  
totiusq; familiae Tuae perenni felicitate arden-  
tissima ad Deum mittere vota atq; suspiria nun-  
quam desinam.

Amplissimi TUI Nominis

Humillimus cliens

Johannes Gottleben.

*Politissime Domine*

JOHANNES GABRIELIS

SOLLEREN /

Doctrina, Moribus, & Sanguinis con-  
junctione, Paternaq; imprimis  
& pietate mihi commen-  
datissime,

**D**ivitiis homines vix possunt esse  
beati,

Quod vix fit, fieri sic tamen, ec-  
ce, doces.

Ne nihil scriberem hac ap-  
posuisse volui calamo fe-  
stinatissimo, cum voto  
succellus, omni parte  
felicis

JOH. HAARTMAN

*Ph. Theor. Prof.*

Autori Dissertationis  
DE  
MANCIPIIS PLUTI,

Eximio Ornatissimoq;

DN. JOHANNI

BOZZESEN

ΣΤΥΧΑΡΜΑ ΤΡΙΠΛΩΖΩΝ

ששתי יוחנן דוד את

על הציוןך מכה לבי

נסירת לעלות בשובך

שוחה את קשור במיכה

על כן יצלה את משבור

ש עליון יה את הכבת

ΑΛΛΟ

Εργμα καλόν και τερπνότεατόν Φίλε

Φίλιππ' ΙΑΝΝΕΣ

Εγχείρεις φράσων δόγματ'α κέδνα θεῶ.

Εν ἀγιησι γραφῆσι λόγος αὐτῶ ὀλβιθ.

αἰεὶ,

Ἄγλαα δῶρα φέρων, χάρματα πολλὰ

φέρων.

φίλ' ἀπερινόμει' ἔν, ὡς πιῖς ; σπιυδα  
κεφάλια;

Πάτη σπεδάζεν ῥήματα λαμπρὰ θεῶ.  
Ταυτὰ σε, τῆς θεῆς ἀρετῆς, εἰς ἴχθυα  
θήσει

Ἐν τῷ κόσμῳ ἠσυχίον τε βίον.  
καὶ θεὸς ἀθάνατός σοι ὀλύμπια δώμα-  
τα δώσει  
Τῷ ἀντὶ πόνου, κάλλιστον ἄλλον ἔχεις

### Aliud.

**D**ogmata Nectarei pergis sanantia  
verbi

Mente referre pia.

Altitonans Dominus qui terras astra mo-  
vetq;

Numine cuncta suo;

Sic Te Palladias faciat sudare per artes,  
Nocte dieq; simul,


Ut captare bonas possis famam & simul  
auras

Numinis e studiis.

Affini suo amoris & ho-  
noris ergo f.

JO. ZIDBECKIUS.  
TAMMELENSIUM P. & P.





I. N. J.



uis neget,  
optime illos suis  
prospexisse re-  
bus, qui publi-  
cum ingenii spe-

cimen edituri, in ea se exercue-  
runt materia, quam futuro et-  
iam tempore sibi inservituram  
confidere potuerunt. Ego, quia  
scitum esse didici, periculum ex  
aliis facere, sibi quod ex usu fiet,  
sincere, quod ad me attinet, fa-  
teor, horum exemplum, non  
movisse, sed plane impulisse me  
ad arduam hancce materiam,

A

pro

pro modulo ingenii elaborandam,  
ac publicæ luci tradendam, cum ex  
eorum consilio, quorum benevo-  
lum in me affectum venerari par e-  
rat, specimen aliquod Academi-  
cum jam esset edendum. Licet ve-  
ro non defuturos existimaverim,  
qui me in hocce difficillimo argu-  
mento saxum, ut dicitur, immo-  
bile voluturum putent, nec satis  
*quid ferre recusent, quid valeant hu-*  
*meri* perpendisse: præsertim tum  
in his Oris remotioribus boreali-  
bus destituamur iis subsidiis, qui-  
bus nobis opus fuisset, si omnia  
qua par est industria fuissent exami-  
nanda. Ut nec ipse jam dissimula-  
re queam, me primum equidem  
mihi persuadere non potuisse, tot  
illud tantisque obseptum esse diffi-  
cultatibus sententiarumque divor-  
tiis, quas tamen ad rem penitus  
animum oculosque advertens, post-  
modum perspexi. Quocirca etiam  
cum componendis his fluctibus,  
tamque gravi ferendo oneri, me  
im-





imparem sentirem, tantum abfuit  
quin expectati successus desperatio,  
me ab hoc proposito deterruisset.  
Vicit tamen fluctuantem animum  
disquisitionis presentis dignitas pa-  
riterque utilitas; hocque veterum:  
cui cupit esse nucleum necesse est  
ut frangat nucem. Verum enim  
vero tutissima ut incederem via, er-  
rorumque syrtes & brevia, in quan-  
tum patitur humana fragilitas, de-  
clinarem, eorum volui premere  
vestigia, quorum in hanc rem  
præclara, & vastæ eruditionis ad-  
paratu refertissima extant inge-  
niorum monumenta, quorumque  
& nomina & fidem & cineres ve-  
nerari, summa mihi gloria sem-  
per erit. Quorum etiam diligen-  
tiam, hic rem acutissime & ex-  
stati quæstionis & connexionem cau-  
sarum & aliis circumstantiis de-  
prehendimus per Divinam gra-  
tiam. Nullus igitur dubito quin  
Tu C. & B. L. pro favore Tuo &

4  
candore solito, hæc æqui boniq;  
consulas, & cuncta in meliorem  
interpreteris partem.

*Mitthai Cap. XIX. 24.*

Ευκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπή-  
μα ὁ ραφίδου διελθεῖν, ἢ πλά-  
σιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰ-  
σελθεῖν.

*Versio S<sup>b</sup>. Schmidii.*

*Facilius est, camelum per foramen  
acus transire, quam divitem in  
regnum Dei ingredi.*

*Marci Cap. X. 25.*

Ευκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τῆς  
τρυμαλιᾶς τῆς ραφίδου διελθεῖν,  
ἢ πλάσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ  
Θεοῦ εἰσελθεῖν.

*Versio Seb. Schmidii.*

*Facilius est, camelum per foramen  
acus ingredi, quam divitem in  
regnum Dei ingredi.*

Lucæ Cap. XVIII. 29.

Ευκοπώτερον γὰρ ἴσιν κάμηλον διὰ  
 τρυμαλιᾶς ῥαφίῳ εἰσελθεῖν, ἢ  
 πλῆστον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ  
 εἰσελθεῖν.

Versio Seb. Schmidii.

*Facilius namque est, camelum per  
 foramen acus intrare, quam di-  
 vitem in regnum Dei intrare.*

§. I.

**A**Ntequam ad hujus dicti pe-  
 nitiora enucleanda accesseri-  
 mus primum forte necesse est in-  
 quiramus, an textus hic corruptio-  
 ni alicui fuerit obnoxius, vel ad-  
 huc supersit integer? Scimus e-  
 nim adeo absurda hæc Christi ver-  
 ba aliquibus visa fuisse, ut pro  
 κάμηλον posuerint κάμιλον. Illud,  
 quod-



quoddam animalis, ab hoc loco, ex illorum sententia alieni: hoc funis nautici, hujus loci proprium genus significare statuentes. Sed notatu est digna observatio Clariss. M. Ad. Erdm. Miri, quod vox καυαλ per i non reperiatur apud probatum quempiam Scriptorem Græcum, nec in *Polluce* in ejus *Onomastico*, nec ab *Hesychio* in ejus *Lexico*, sit notata: Verba ejus hæc sunt: Sie sagen daß καυαλ per i einen rudentem, oder Schiffseil bedeute; aber wenn es per i geschrieben wird, ein Cameel. Allein καυαλ per i wird bey keinem Scriptore gefunden, auch nicht von dem *Polluce* oder *Hesychio* aufgezeichnet; sondern ist ein bloßes Gedicht etlicher Philosphorum &c (a). Huic deinde accedit argumento, quod apud Evangelistas in Exemplaribus Græcis reperiatur καυαν per i non καυαλ; quodque interpretes omnes, Syrus, Arabicus, Æthiopicus,

(a) p. m. 223.

eus, Persicus & vulgatus, utantur voce *Cameli*; (b) Religio itaque erit nobis hujus loci Biblici integritatem vocare in dubium, ut ut sensum ejus primo intuitu non videamur posse assequi.

§. II.

**S**ic vindicata vocis *נָמִיר* genuina lectione, jam sequuntur quæ ad ejus originem pertinent observanda: cum hinc etiam confirmemur, ut de lectione, ita etiam de acceptione hujus vocis, de qua modo. Alii a radice deducunt Hebræorum *נָמַר* reddidit, rependit, nam hoc animal servitium egregium præstans in itineribus & in gestandis oneribus abunde compensat victum, quem herus ipsi subministrat (c). Alii autem *נָמִיר* a laborando,

(b) *Mirol. c. Job. Phil. Pheiffero Dissert. in h. l. Egidio Strauchio in suo Starcke und Milch Speise p. m. 934. aliisque testibus.* (c) *Leighi Crit. Sac. in Vet. Test.*

do, cum sit animal laboribus ferendis maxime idoneum (d). Alii a καμπηεν του μηρου a curvando femur, quod excepturus onus humi flectatur & ingeniculet (e). Nulla vero vocis hujus ratio originationis potest nisi animali alicui applicari,

### §. III.

Quibus prælibatis, ad acceptio-  
nem hujus vocis enucleandam pro-  
movenus pedem quam haud pauci  
(f) interpretantur per *funem nau-  
ticum crassorem*, quo nautæ utun-  
tur ad suspendendas & projiciendas  
an-

(d) Scap. & Mart. Lex. (e) Jo. Phil.  
Pheiff. adh. l. Leighiiq. Crit. in Nov.  
Test. (f) ex veterioribus Cyrillus;  
Theophylacto & Euthymio Zigabeno  
Monacho, hæc sententia imputatur. Ex  
recentioribus Ægidius Hunnius. Lucas  
Osiander, Calvinus, alique, id revera  
statuunt.



anchoras propter absurditatem  
 comparationis *Cameli* cum *Acu*. Ve-  
 rum in hac significatione vox κά-  
 μηλῶ apud auctores Græcos non  
 reperitur; iis tamen exceptis, qui-  
 bus nuperius sententia de fune nau-  
 tico arridere cœpit: qui ipsi tamen  
 hanc vocem a genuino suo signifi-  
 catu ad suam ipsorum sententiam,  
 præter usum atque indolem Græci  
 sermonis distortisse videntur, ob-  
 servante D. Jo. Phil. Pheiff. (\*) Sed  
 oggerat quis hos posse tueri suam  
 sententiam auctoritate Lexicogra-  
 phorum. Annotavit enim *Suidas*  
 in suo Lexico, quod κάμηλῶ τὸ  
 ἀχθοφόρον ζῷον; κάμιλῶ δὲ τὸ  
 παχὺ σχοινίον, significet; i. e. *Camel-*  
*us*, animal est onera ferens, *Cam-*  
*ilus* vero crassus funis. *Varinus Pha-*  
*vorinus* in suo Lexico scribit: κάμη-  
 λῶ, τὸ ἀχθοφόρον ζῷον, κάμηλῶ  
 καὶ τὸ παχὺ σχοινίον, h. e. *Camelus*  
 animal sarcinis ferendis idoneum.

A 5

Et

(\*) in *Dis.* ad h. l. §. 3.

(g) ex *Lex. Phil.* p. m. 304.

Et *Camelus*, funis quoque crassus est, ut in *Evangelio*, quod deinde addidit, dicitur etiam, *Camelum*, hujusmodi funem, transire per foramen acus. Verum enimvero non valet auctoritas Lexicographi, nisi extent auctorum loca, in quibus vox sic vel aliter, hoc vel isto sensu accipiatur, quod hic ostendi non potest. Merito ergo rejicimus eorum opinionem, qui volunt *Camelum* illic esse funem nauticum anchorarium, ea seducti cogitatione, quod funis cum *Acu* plus analogie habeat, quam *Camelus*; ut, verba *Matthiæ Martini* nostra faciamus. (g) rejicimus, inquam, illorum opinionem, præsertim cum notante etiam *Joach. Camerario*, vox *κάμηλος* non sit proba, nec ullus sit auctor *Græcus*, qui *κάμηλος* aut *κάμηλον* pro rudente nautico usurparit, quod fide allego *Pasoris* ex *Ejus Lex. Gr. maj.* imo ostendit *Angelus Caninius* in

(g) in *Lex. Phil.* p. m. 302.

in locis N. T. καμηλον sive per i sive per η scribas non notare funem nauticum: nam *Athenaus* accuratissimus navium & ejus partium descriptor nullibi meminit *Cameli* quod sit funis nauticus. (b) Huc pertinent, quæ habet anonymus quidam in untersuchung etlicher orter des N. Test. (1) Es ist aus keinem einzigen bewehrten Griechischen Scribenten weder das wort καμηλον noch καμηλον in solcher bedeutung zu finden, das es ein schiffseil solte anzeigen, und kan Suida Autorität hier nichts machen, als der es zu erst dafür angenommen und erkläret.

§. IV.

**I**N significatione itaque propria vocis *Cameli*, subsistendum esse do-  
 ceemur ulterius: si (1.) observave-  
 rimus quod in textu authentico le-  
 gan-

(b) *Conf. Dorsch. Comm. in h. l. & Strauchii st. und M. sp.*

(1) *pag. m. 85.*



gantur *verba εἰσελθεῖν, & διαλθεῖν*, quæ significant *ingredi & introire*; illisque proprie competunt qui naturalibus gaudent pedibus, iisdemque ultro citroque & ire & redire possunt: funis vero nauticus pungetur per foramen *Acus*, & ex se & sua natura nec ingredi nec regredi potest. (II.) Ex *scopo Christi*, qui jam ipsi fuit, demonstrandi difficultatem salvandi divitibus: adeo ut illud adstringat ad τὸ ἀδύνατον de quo heic loquitur; dicens: *quæ impossibilia sunt apud homines, sunt possible apud Deum*, quæ verba rectius explicantur per *Camelum* animal, quam per funem nauticum crassiorrem, sive rudentem. Nam magis impossibile est *Camelum* transire per foramen *Acus*, quam rudentem; rudens quippe, si ad partem ejusdem dispositionem attendatur, tandem comminui ita potest, ut per foramen *Acus* transeat, præsertim si foramen fuerit paulo amplius *Acus* grandior. *Animalis* autem *Ca-*



*meli partes, utpote crassiores e carnis ossiumque substantia consistentes solis pilis exceptis, nullæ idoneæ sunt [\*], ut transmitti possint per foramen Acus. (III.) Ex alia huic simili proverbiali locutione, qua indigitare solent Talmudistæ rem quæ nullo modo aut difficulter nimis, fieri potest; hac videlicet: tam non potest hac res fieri, quam Elephantus Acum pertransire nequit (k). Christus autem Elephanti loco quem pauci viderunt, posuit Camelum bestiam Syriæ notissimam, (l) ut eadem res utroque & animali & proverbio eo melius, clariusque designaretur. Hoc autem genus loquendi, quo hic utitur salvator, hyperbolicum est, immensamque continet exaggerationem. Quale & hocce est: Ducts cæci, qui percolatis culicem: Camelum autem deglutitis. Quale item*

(\*) Conf. Joh. Pfeiff. l. c. (k) ad Dor-  
schei comm. & Aegidii Strauchii st. und  
M. sp. (l) Conf. Prückneri comm. &  
Poli Syn. Crit. Sac.



tem continetur istis proverbiiis, quibus uti solemus, significaturi rem difficilem esse, aut prorsus impossibilem. e. g. *Prius locusta bovem pariet. Potius laqueus ex arena conficitur. Ante Scarabeus faciet mel. Citius Elephantum sub ala veles. Quid si caelum ruat,* quæ habentur in Erasmi, Aldi; Mannuccii adagiis, alibique suis locis. In hujusmodi vero adagiis hyperbolicis non est necesse, ut exacta inter partes collatas instituaturs comparatio, cum ea sit ratio Hyperbolarum, ut ultra fidem aliquid vel augeant vel minuant, qua tamen a tramite significanda veritatis non erratur, quamvis verba, quibus indicatur, excedant, ut voluntas loquentis, non fallentis appareat, ut loquitur Isidorus Hispalensis(m), (IV.) *Ex ratione similitudinis,* qua in bene multis & possunt & solent divites comparari cum *Camelis*, cum rudente non item. *Camelus* est vastum animal; nunquam potest sursum tollere





tere collum suum gibbo depressus, sed inter sursum & deorsum caput ejus dependet in medio; præ omnibus animalibus multo altiores habet pedes, quam ejus existit corpus; solus inter cetera animalia poplites flectit; ut in dorsum onera, eaque ingentia suscipiat. Divites excelsiori & elatiori sunt animo, divitiarumque vasto adeo premuntur pondere, ut animum atq; cor vix & ne vix quidem ad cælum tollere queant; quod alias plus æquo de semet ipsis sentiant, & propter bona tantum terrena quibusvis molestiis, sese subjiciant, inq; dorsum quasi suum ingentia onera suscipiant, quis est qui illud non advertit. [V.] Denique veteres quoque Ecclesiæ Doctores, præter unum Cyrillum, omnes, quorum scripta ad nos pervenerunt, verba Salvatoris simpliciter interpretati sunt de animali, non de fune nautico anchorario: quamvis alios atque alios inde mysticos sensus ex-  
tra-



traxerint. Et quod ad Theophylactum attinet, non illum aliud sentire existimaverim. Sic enim ille ad hunc locum: *Impossibile est multa habentem intrare, sicut & Camelum impossibile per foramen Acus transire - - - Nonnulli autem dicunt Camelum non animal significare &c.* Dissimilis autem scripturæ non meminit; neque ita recitat ut probet. (n) Euthymius vero Sec. XII. scriptor refert etiam alios, forte Græcos tantum quosdam, de fune accepisse: sed id factum esse per *inconsiderantiam, fabulositatis generatricem*, docet Martinus, loco nuper citato. Quid autem ipse sentiat, ex his ipsius verbis constat: *Est hoc optimum exemplum; nam sicut foramen Acus non est capax Cameli, propter nimiam sui angustiam & propter grandem illius molem ac tumorem.* Ita quo-

(n) Conf. Martini Lex. ad hanc vocem, & Job. Phil. Pfeifferi Diss. ad b. l. in fine §. III.



quoque via que ducit ad vitam, non  
capit divitem propter sui angustiam &  
propter hujus tumorem. (c)

S. V.

**E**X allatis cum ergo satis super-  
que dispalescat, quod voce *Cameli* a-  
nimalis quoddam genus indigitetur,  
jam venit nobis considerandum,  
quid per *foramen acus* intelligat Chri-  
stus, antequam ad dicti hujus sen-  
sum genuinum investigandum nos  
conferamus. Quod *Matthæus* voci-  
bus  $\alpha\gamma' \tau\omicron\upsilon\ \pi\acute{\upsilon}\nu\alpha\ \& \ \epsilon\alpha\phi\iota\sigma$ . *Mar-*  
*tius* vero & *Lucas*  $\alpha\gamma' \text{I}\eta\varsigma \text{I}\sigma\upsilon\upsilon\alpha\lambda\iota\alpha\varsigma$   
 $\text{I}\eta\varsigma \epsilon\alpha\phi\iota\sigma$  nobis coram contem-  
plandum sistunt.  $\tau\omicron\upsilon\ \pi\acute{\upsilon}\nu\alpha$  dicitur  
 $\tau\omicron\upsilon\ \pi\acute{\upsilon}\nu\omega$ , terebro.  $\text{I}\sigma\upsilon\upsilon\alpha\lambda\iota\alpha$  a  
 $\text{I}\sigma\upsilon\upsilon\alpha$  foramen,  $\text{I}\sigma\upsilon\upsilon\alpha$  a  $\tau\omicron\upsilon\omega$  tero,  
atero, pertero, perforo, quia *acus* su-  
prema sui parte perforata & per-  
forata est, ut setam seu filum trans-  
mittat.  $\epsilon\alpha\phi\iota\sigma$  vero *acus* est suen-

B

di

(c) ad Job. pl. Pheiff. l. 6.



di seu futura instrumentum, a *οἶπτο*  
*suo, consuo, consarcino.* (p) Ut ut  
 vero vocibus videantur hic Evan-  
 gelistæ dissoni, non tamen sunt  
 mente & sermone; unius enim e-  
 jusdemque significationis sunt &  
*τρούπημα* & *τρουαλιὰ*; utraque ad  
 eundem sensum exprimendum vox  
 adeo commoda, ut attento animo  
 subministret etiam rationes, haud  
 leves, quid judicandum sit de illo,  
 quod quidam τὸ *τρούπημα* seu *τρουα-*  
*λιὰ* *εαφιδθ*, improprie accipi-  
 ant, & dicant, fuisse Hierosoly-  
 mis portam quandam, cui *foramen*  
*acus*, vel simpliciter *acus* nomen  
 fuerit, adeo angusta & humili stru-  
 ctura, ut per eam camelus ingre-  
 di non potuerit nisi exoneratus:  
 intelligentes proinde (q) in sen-  
 su mystico tropologico significari  
 divites non posse transire per an-  
 gustam portam, quæ ducit ad vi-  
 tam, (r) nisi abjecto divitiarum  
 one-

(p) confer. *Lexica & Poli Syn. Crit. S.*

(q) *judice Jo. Pb. Pheiff.* (r) *Matt. VII. 14.*



onere. Verum hanc sententiam fabulofam, & quæ nulla nitatur auctoritate improbavit jam suo tempore Nicolaus de Lyra, e Judæo ad fidem Christianam conversus, de quo suo tempore Lutherus, *si Lyra, inquit, non lirasset, mundus delirasset.* Verba ejus hæc sunt in commentario ad hunc locum: *Dicentibus quod quedam porta erat in Hierusalem, qua vocabatur porta acus, per quam non poterant Cameli transire, nisi prius deposito onere: - - - regerimus quod hoc scriptura non habeat auctoritatem; ideo eadem facilitate contemnitur, qua probatur. Non enim invenitur scriptum in aliqua scriptura authentica, quod in Hierusalem fuerit aliqua porta sic nominata. Imo quia Dominus indicare voluit rem factu admodum difficilem; quo est minor probabilitas in eorum de quibus agit, conjunctione, eo sententiam, qua veri dissimilitudo indicatur, aptiorem verioremq; esse oportet, judice Martinio (s) ideo etiam*

iam

(s) in suo Lex. ad b. b.

jam plerique omnes interpretes (c)  
 non sine causa, ut camelum ani-  
 mal, ita *foramen acus* instrumenti  
*αχρη* interpretantur. Quæ vero  
 hic occurrit *sermonis absurditas*, ad  
*emphasin* facit (u) *ἐν Πάλευωλεοον* au-  
 tem more suo sese exprimit Aegid.  
 Strauchius Es weisen uns nicht nur  
 die worte auff ein wahrhaftiges  
 Nadelöhr, sondern es hat auch kein  
 einziger Judischer Land- St. dt. und  
 Geschicht- Schreiber ( von welchen  
 doch auch die geringesten winckel der  
 Stadt Jerusalem beschreiben wor-  
 den) dieses Thores oder Pforte zum  
 Nadelöhr gedacht, und ist gewiß  
 selbige ein Hirngebäude eines Mähr-  
 lein- Dichters, wie auch Lyra selbst  
 der fabel wider sprochen hat. (\*)

## §. VI.

(c) *D. Joh. Gezelii Comment. Spec. in h. l.*  
*And. Prücknerus in suo Comm. ad e. l.*  
*D. Jo. G. Dorschei comm. ad h. l. Matth.*  
*Flacii Clavis S. S. Miri Lex. Ant. Bibl.*  
*Bened. Aretii comm. ad e. l. aliq.*

(u) *ut loquitur Tremellius ad h. l.*

(\*) *in suo st. und. N. sp. p. m. 9349*





## §. VI.

**R**estat jam inquirendum, quid Salvator hoc suo *εὐκοπώτερον ἢ* h. e. *facilius est factu*, interdicit? an quod ipsa hæc vox primo suo aspectu videtur innuere, & antecedentia præ se ferunt? Nimirum: *quam difficulter, qui pecunias habent, in regnum Dei ingredientur? vel quam difficile est, eos qui confidunt super pecuniis, in regnum Dei ingredi, ut bis hac occasione hæc a Christo, non sine emphasi repetuntur verba.* (x) Divitiæ enim carnali homini, *sunt densum lutum onerans, gravans & inquinans tenentem* (y) *sunt spine, quæ pungunt eos, a quibus tractantur* (z) *sunt laquei, quibus animæ irretiuntur* (a), ut vix & ne vix quidem se his malis extricare queant. Fortassis itaque distingvendum putabimus, *inter* *ὁ ἀδύνατος*, de quo postea Christus. *acce-*

(x) *Mar. 10: 23, 24.* (y) *Hab. 2: 6.* [z]

*Matth. 13: 22.* (a) *I Tim. 6: 9, 10.*



acceptum ἀπλῶς, quod simpliciter fieri nequit, & ἀδύνατον κατὰ τὴν φύσιν sumptum, ἀδύνατον seu impossibile simpliciter dicitur Nicodemo hominem denuo nasci (b). Aristoreli hominem non mortalem in hac mortalitate fieri immortalem; simpliciter enim fieri nequit, ut quis, utpote generationi & corruptioni obnoxius, evadat per naturam immortalis. ἀδύνατον κατὰ τὴν φύσιν dicitur, quod certa ratione & secundum quid est tantum impossibile, quod non nisi difficulter nimis fieri potest. Quemadmodum ἀδύνατον dicitur enumerare stellas cæli. (c) quod si tamen supra, in sphaera stellarum essemus positi, nihil obitaret, quo minus eas enumerare possemus, cum earum numerus sit finitus. Sic cum (d) dicitur: nec erat numerus vulgi qui venerat cum eo (Sesac rege Ægypti) ex Ægypto: non est sensus quod vulgus istud numerari prorsus non

po-

(b) Job. 3: 4. (c) Gen. 15: 5.

(d) 2 Paralip. 12: 3.

potuerit, sed quod difficulter potuerit. Similiter igitur & Christus videri potest heic innuere *difficultatem*, quæ esse potest divitibus, ingressuris in regnum cœlorum, *non impossibilitatem omnimodam*; ut simili hyperbolico dicendi genere, alias in scripturis dicitur: *si mutare potest Æthiops pellem suam, vel pardus liventes maculas suas? etiam vos possetis benefacere, edocti malefacere.* (e) Non quod absolute hoc fuerit æque impossibile atque illa; sed hyperbolica locutione significatur istud esse admodum difficile. (f)

§. VII.

**S**I tamen penitius examinaverimus omnia, & ad omnes circumstantias, antecedentia & consequen-

(e) Jer. 13: 23. [f) *Adi Job. Ph. Pleiff. Diss. sup. cit. §. VI. Luca Osiand. Enchir. Controv. Anab. c. VII. §. VIII. p. m. 144. Casp. Er. Broch. univ. Th. tom. II. l. 1. XII. c. sect. II. qu. 10. m. 3.*



cumentia, inprimis ad statum quæ-  
 stionis aciem mentis converterimus,  
 patebit a Christo hæc intendi: *non*  
*summam tantum difficultatem, sed sim-*  
*plicem plane impossibilitatem.* Ad in-  
 terrogationem enim hujus Juvenis  
*quæ* (g), *quid boni facere debeo,*  
*ut habeam vitam æternam?* Utitur  
 Christus [I.] *responsione explorativa,*  
 (h) *quid hoc modo informatus vel-*  
*let ulterius agere;* deinde [II.]  
*Convictiva,* (i) *ratione intellectus,* quod  
 legis vim non dum recte intellexe-  
 rit. (k) *ratione voluntatis,* quod nec  
 per omnia velit recte, vel intelli-  
 gere vel facere, quæ legis sunt. (l)  
 Hinc conversus Salvator ad suos di-  
 scipulos ab hoc divite in singulari,  
 ad divites in communi progreditur,  
 argumentando: quod nemo illo-  
 rum *pro statu* scilicet præsentis, *per se*  
*& sibi relictus,* possit *viribus natura-*  
*libus* obtinere salutem per legem,

(g) *Conf. Luc. 18. 18* (h) *v. 17, 18, 19.*

(i) *Conf. Dorfeb. in h. l.* (k) *v. 21.*

(l) *v. 22.*

sive ἀγαθὸ ποιῆσαι; significans hoc  
 primum exclamatione; quam diffi-  
 cilter Dives introibit in regnum cælorum.  
 (m) deinde instituta hac compara-  
 tione: *facilius est Camelum per fora-*  
*men acus transire, quam divitem in re-*  
*gnum Dei ingredi, de qua nolum*  
*fuit disquirere. (n) Et tandem sim-*  
*plici enunciatione, tam negative:*  
*apud homines hoc impossibile est. Quam*  
*positive: Sed apud Deum omnia sunt*  
*possibilia; Ex quibus satis superque*  
*constat: quid sit esse in hac caussa*  
*οὐσκόλον, quid sit etiam Camelum*  
*transire per foramen aciculæ, hoc*  
*est: idem esse ac impossibilia conari. (o)*  
*Hominis respectu res ita se habet: nam*  
*ex se ineptus est ad regnum DEI.*  
*Denique ex natura divitiarum idem*  
*est impossibile, cum non sit de*  
*hoc mundo regnum cælorum. A-*  
*puud Deum autem omnia sunt possibilia.*  
 In quæ verba *Origines (p)* ita scri-  
 bit

[m] v. 23. conf. *Mar. 10: 23.* [n] *ex v. 24.*

(o) *ut habet Aretius ad h. l. in suo com.*

[p] *Traët. VIII. in Matth. h. c. XIX.*

bit: Ostendit autem, quoniam ex se ipso impossibile est, Camelum per foramen acus intrare, possibile autem quantum ad Deum. Sic & divitem, quantum ad ipsum pertinet, impossibile est intrare in regnum cælorum, possibile autem quantum ad Deum, qui potens est ineffabili sua virtute, crassitudinem malorum mali hominis subtiliare, & ex divitiarum cultore facere cultorem sui - -  
 Quomodo autem faciat hæc impossibilia Deus, ipse scit, & Christus ejus & cui revelaverit Christus.

§. VIII.

**S**ED annon ita comparatum videmus cum omnibus hominibus sibi ipsi relicto? R. ita quidem; cum ea nunc sit, post tristem primorum parentum lapsum, omnium hominum conditio, ut natura sint inidonei ad bona, terrenisque ad-  
 di-

dicti cœlestia negligent, nisi Divina regeneratione animi ipsorum mutantur; ut terrena despiciendo, cœlestia suspicere incipiant, ut quidam loquitur patrum (q) *Divites tamen peculiari Dei dono egent, ut possint ex sathanae tendiculis evadere, ut loquitur Tremellius. (r) Divites remotissime omnino a regno cœlorum abesse ex hoc Christi patet. Divitiæque ipsæ, licet non per se, cum dona sint Dei, tamen per accidens, vitio scilicet amantium, expetentium, utentium, plus conferre & solent & possunt ad improbitatem, contentumque Dei, quam ulla res alia, Quid Plato senserit hæc ejus probant: *Hominem vero insigniter bonum, divitem quoque præ ceteris esse, fieri non potest; nam felices quidem ac bonos una fieri necesse est: Prædivites autem & bonos im-*  
*possi-**

(q) *Conf. Deutschm. Th. B. p. 2. p. m. 310.* (r) *in Comm. suo ad b. l.*





possibile, ita ut vulgus divites appellat. (t) Plura in hanc rem non vacat proferre.

§. IX.

**C**OLOPHONIS loco hanc tantum diluendam quæstiunculam adhuc putamus; *An Deus efficere queat, ut Camelus transeat per foramen acus?* Quam ut brevibus discutiamus, observari meretur: *absolutam* sive extraordinariam **Dei** potentiam, a potentia ejus ordinaria esse distinguendam; *ordinaria* sive ordinata ejus potentia est, qua Deus agit juxta communem naturæ ordinem, a se institutum, ex vite vitem, ex serpente serpentem. *Extraordinaria* sive *absoluta* est **Dei**

(t) *Lib. XXIV. Dial. V. p. m. 802. de Leg.*

DEI potentia qua DEUS  
 præter aut supra commu-  
 nem naturæ ordinem agit;  
 ut ex aqua vinum, ex ba-  
 culo serpentem : vel qua  
 facere potest omnia quæ contra-  
 dictionem non implicant, et-  
 jam ea quæ actu non fa-  
 cit, nec vult facere; E.  
 g. qua potest etiam mil-  
 le mundos condere; po-  
 test semen Abrahæ ex la-  
 pidibus suscitare; potest fa-  
 cere *Camelum* ingredi *fora-*  
*men acus*; & id genus com-  
 plura. Pro vere contradi-  
 ctoriis autem reputanda sunt,  
 quæ in *intellectu Divino* nul-  
 lo modo conciliari possunt,  
 quæque DEUM imperfectio-  
 nis aliquo tantum modo  
 arguunt: circa hanc ve-  
 ro

30

ro quaestionem nihil tale  
animadverti potest.

Ergo

**Soli Deo Gloria.**



de alio estatum modo  
ignunt : circa hanc ve-  
to

Eruditæ  
DISSERTATIONI

Cultu morum & politionis hu-  
manitatis Studio,  
*Maxime Condecorati*

DN. JOHANNIS  
GOTTFREDI

Sanguinis & amicitiae necessitu-  
dine devinctissimi.

ה

טוב התמים ידעת אהבתך  
יח"גוש" בפרשך בהכמה

ארת אמר מושוענו ערב ערב

קלל לגמול עבור החור מחוט

מבונת העשיר בממלכת השמים

והגדת מיעום מחשבים בגלל

וילמד הוזה אשר מאד כרוי  
ויוציאך אתו כאור היום ויארר  
פתני לבור לבכי לך אחי ומדעתני  
למען התפללתי ליהוה כי יצלחנה  
כל עלילותך הטובות והיקרות  
אמן

*Lubens Meritoq;  
adjecit*

**GUSTAF POLVIANDER**

*Satacundia Fennus.*

